

TABVLA RECITATIONVM

IN
ACADEMIA LVDOVICIANA
PER SEMESTRE HIBERNVM
A DIE XIII. OCTOBR.

CIOIOCLXXXIV.
IN CHOANDARVM.

RECTOR
ACADEMIAE LVDOVICIANAE
D. IOANNES GEORGIUS
BECHTOLD
CVM SENATV.

Exempla denegari triumphum memorabilia ex annalibus Romanis depromere pergenter iam illud exhibebimus, quod A. V. C. CCLVIII Appio Claudio Sabino Regillense, & P. Servilio Prisco Coss. accidit, quodque iterum a solo illo, praestantissimo antiquitatis Romanae scriptore, Dionysio Halicarnassense (libro VI. cap. 30.) memoriae proditum est. Initio anni illius Romani vindictam contra gentem Volscorum meditabantur, qui triennio ante Latinis, aduersus Romanos bellantibus, auxilia mittere parauerant, atque misissent, nisi opes Latinorum citius, quam Volsci credebant, a Romanis confectae fuissent. Nullo antea legato misso, qui cum Volscis de iniuria Romanis facta expostularet, nulla clarigatione praevia, ambo consules statim omnes Romanorum copias in agrum Volscorum duxerunt. Volsci, qui tantam ultionem nevitquam metuerant, inopinato impetu percussu Romanis resistere non potuerunt, sed datis obsidibus pacem impetrarunt, ita, ut exercitus Romanus sine villo certamine abducerentur. Victoria igitur incruenta parva, & ditione repente facta, neuter consulum triumphum honorem ambire ausus est. Atque alta mente repostam servabant Volsci violentiam, quam ipsis Romani intulerant, atque occulte arma sociosque conquirebant. Quod quidem quum Romanis proditum esset, hi statim in Volscos denuo irruissent, nisi gravi tum discordia inter pares populumque oborta, intestina eos dissidia retinuisset. Volsci autem, utendum esse turbis, quae Romae agitabantur, rati repente infesto exercitu ad urbem oppugnandam venerunt. Tum Servilius, cui ingenium magis lenis & populare erat, quam Appio, vehementis elatique animi viro, prudentia sua civitatem ita pacavit, ut plebs, quae antea nomina in delectu dare recusaverat, ad sacramentum dicendum summo studio concurreret, atque maximo ardore bellum contra Volscos susceperet. Volsci non solum in acie fusi, sed etiam castris exuti fuerunt, quid quod, Sueffo Pomeria, quo hostes confugerant, intra paucos dies a Romanis expugnata est. Ingenti bello felicissime confecto, Servilius exercitum reduxit, atque (quum ad triumphum legitime obtinendum iam senatus, quam, senatu rem ad populum referente, populi autoritas requireretur) extra urbem restitit, ubi senatus narrationem de rebus gestis, & petitem eius audiuit. Senatu de ea re deliberrante, Servilii collega, Appius Claudius privare illum honore triumphum omnibus viribus annisus est. Invidia sine dubio Claudius flagrabat, quia prior illa contra Volscos expeditio, cui ipse intererat, tam cito finita fuerat, ut triumphum gloria obtineri non potuerit. Accedebat odium ingens propter partes populi in disceptationibus domesticis a Servilio susceptas, quum Appius contra patricios faueret. Post Tarquinii enim expulsi mortem, quae hoc demum anno nunciata erat, patres teste Lino II, 22, plebem, cui lucusque omni modo inseruierant, superbius habere, atque opprimere coeperant. Postquam crudelius potissimum in nexos propter aes alienum factum fuerat, plebei maximo cum tumultu tabulas novas postularunt, donec seditio a Servilio concitatos animos mollius flectente compressa est. Aegre id Appius

ferens in *Seruilius*, qui triumphum petebat, tanquam ambitiosum plebis corruptorem inuectus est. Quamvis praecclare res ab eo gestas esse negare non posset, tamen, ut causam aliquam speciosam praetexeret, praecipue eum inculpauit, quod ex *praeda* illius belli nihil in ararium retulisset, sed omnia, *quibus voluisset*, largitus fuisset. Omnino enim *Romani* ad promerendum triumphum necessarium putabant, quod dux e bello rediens, vel agris, vel *praeda*, rempublicam locupletaret. Omnino triumphus, in cuius pompa spolia, e hostibus capta ferri solebant, sine omni *praeda* cogitari non potuit. Quemadmodum singulis militibus neque *praedari*, neque aliquid e *praeda* sibi retinere apud *Romanos* licuit: ita dux ipse de *praeda* diuidenda non prohibitu statuere potuit, sed bello finito senatus, quanta pars manuhiarum ad deos atque aerarium perueniret, quidue inde duces militesue perciperent, decreuit. *Seruilius*, narrante *Liuius* II, 25, *praedam* tam e castris, quam e *Suessis* *Pometia* direptam militibus sua ipsius auctoritate concessit, ut inde miles egeus paulum recrearetur, id est, ut querimoniarum ob aes alienum habitatarum obliuisceretur, id quod *Appius* plebi infensus prorsus improbauit. Quamobrem *Appius* tanta vi in senatu perorauit, ut hic ordo *Seruilio* triumphum penitus denegaret. *Seruilius* tali iniuria incensus, atque inauditum aliquid ausus, non solum rem ad populum retulit, sed etiam illum ipse (in causa propria) extra urbem in loco minime legitimo conuocauit. Disseruit ibi coram populo tam de rebus a se gestis, quam de inuidia collegae, atque contumelia sibi a senatu illata, sibi que propter victoriam insignem triumphandi ius competere affirmauit. Populo non refragante, fauces laureis (verba sunt *Dionysii*) coronari iussit, & ipse lauro coronatus & triumphali veste indutus urbem ingressus est. Omnis euni prosequeretur populus, vsque dum Capitolium ascenderet, vota diis persolueret, ac spolia (non omnia igitur militibus diuiserat) dicaret. Res omnino pessimi exempli! Partium enim studio exinde ingrauescente plures exiit, qui aut folius populi, aut folius senatus consensu triumpharent. *Dionysius* id merito usurpationem (*αυδαδεια*) appellauit; quando autem idem addit, eam inusitatum (*οικ' ανωθρα*) *Romanis* fuisse, procul dubio ad illam aetatem respexit, qua sequentibus temporibus frequentior facta sit ea arrogantia. *Dionysius* subiungit, eo facto *Seruilius* in maiorem patriciorum inuidiam incurrisse, plebis autem sibi fauorem conciliasse, quem fauorem, secundum *Liuii* II, 27. testimonium, ante finem eiusdem anni amisit, plebi fallax visus, quia expectationi eius non satisfecit. — Plura denegari triumphii exempla in aliam occasionem differimus, ne scilicet auiditatem Vestram, *Aestumarissimi* *Commilitones*, praefectionum hibernarum indicem noscendi, easque, quae singulis Vestrum conueniant, eligendi moremur. Iam igitur legite atque eligite, ac, satiata rerum nouarum cupiditate, laborum a Vobis per instans semestre suscipiendorum seriem statuite, & prospero cum successu inchoate!



LECTIONES THEOLOGICAE.

D. IOH. GEORG. BECHTOLD Hora X. antemerid. senis per hebdomadem diebus & hora II. pomerid. diebus Lunae, & Martis theologia dogmaticam ex institutionibus theol. Christianae *Doederleinianis* praeleget. Hora II. eadem pomerid. diebus Mercurii, Iouis & Veneris, post absolutam *trium priorum evangelistarum hystoriam evangelicam*, ex synopsi *Griesbachiana* praelegendam, in *Paulli ad Romanos epistolam* commentabitur. Scholas quoque catechetico - practicas desideraturis aperiet.

IOH. CHRISTOPH. FRID. SCHVLZ hor. VIII-IX. Historiam religionis & ecclesiae christianae antiquiorem ex *WALCHIO* enarrabit. Hor. IX - X. Euangelium *Matthaei* interpretabitur, recensionem textus *Griesbachianam* sequuturus. Hor. X - XI. theologiam *moralem* ex suo compendio docebit.

CAR. CHRISTIAN. PALMER, Theol. Prof. Ord., quinque diebus hor. X - XI. introductionem in libros N. T. explicabit; bis per hebdomada dieb. Lun. & Mart. hor. XI - XII. encyclopaediam & methodologiam theologiam dieb. vero Iou. & Ven. historiam ecclesiasticam inde a reformationis tempore vsque ad nostram aetatem exponet; denique hor. III - IV. quinquies per hebdomadem praecepta homiletica, adiunctis exercitationibus, tradet; ad lectiones quoque dogmaticas & morales paratus.

LECTIONES IURIDICAE.

D. IO. CHRISTOPH. KOCH Pandectas ex *HELLFELDIO*, ius Canonicum e *BOEHMERO*, ius Criminale e compendio suo horis consuetis tradet. Disputatorium quoque & Examinatorium offert.

D. IO. DAN. HENRICVS MVSAEVS Hor. VIII - IX. *Ius publicum* I. R. G. docebit PÜTTERI Institutionibus vsurus. Hora II. *Ius Germanicum priuatum* SELCHOVIO praeunte tradet. Hor. III - IV. diebus Lunae Mercurii & Veneris habebit *Collegium elaboratorio - practicum*; alternis vero diebus *praelectiones encyclopaedicas* offert. Hora commoda, ad praelectiones in *praeessum summorum imperii tribunalium*, nec non expositionem *iuris mercatorum & cambialis* ad ductum librorum suorum paratus erit.

D. HELVICVS BERNHARDVS IAVP hora II - III. *ius feudale* duce BOEHMERO, hor. III - IV. *historiam imperii R. G.* praeunte PÜTTERO, tradet; paratus quoque ad *collegium processuale practicum* denuo aperiendum.

D. IO. GODOFR. SIGISM. ALBR. BVCHNER. *Publice* singulis diebus mercurii hora I - II. ad lib. 49. D. *de appellationibus* commentabitur. *Priuatum* hora VIII - IX: praelectiones ad HEINECCI *elementa iuris civilis secundum ordinem institutionum* habebit. Hora X - XI. *historiam iuris* duce SELCHOVIO docebit. Hora XI - XII. *ius naturae & gentium* ex HOEPFNERI compendio tradet.

LECTIONES MEDICAE.

D. IO. LVD. FRID. DIETZ. H. IX - X. *Physiologiam*, duce Metzgero, H. X - XI. *Anatomiam theoreticam* praeunte Plenckio explicabit. *Alia desiderantibus* haud deerit.

D. CAROLVS GVILELM. CHRISTIAN. MVLLER *priuatum* h. VII - VIII. *Phy-
cam dogmatico - experimentalem*, h. IX - X. *Materiam medicam* h. X - XI. vel *alia commodiori*, *Chemiam theoretico - practicam* tradet. *Priuatissime* *mineralogiam* docebit.

D. GEORGIVS THOM h. IX - XI *corpora humana* secandi rationem in theatro *anatomico* demonstrabit, & h. I - II *partium praeparatarum* explicationem subiunget. H. XI - XII *chirurgiam* ad ill. *Callisenii* breuiarium tractabit. *Pathologiam* h. II - III, ad cl. Gaubii ductum ex edit. ill. Gruneri exponet. Illorum quoque desideriiis satisfaciet, qui *artem obstetriciam*, aut *methodum & encheireses fascias chirurgicas* applicandi desiderauerint.

D. ERNESTVS SCHWABE, Hora X - XI. explicabit *Vsteri Grundlage medicini-
sich - anthropologischer Vorlesungen für Nicht - Aerzte*. Hor. I - II. docebit *artem veterinariam*, secundum Kersting's *Anweisung zur Kenntniss und Heilung der innern Pferdekrankheiten*.

LECTIONES PHILOSOPHICAE.

CHRISTIANVS HENRICVS SCHMID, Prof. Primar. Hora II - III *Antiquitates Romanas* duce Rullmanno enarrabit, Hora III - IV nonnullos *Liuui* libros inde a libro XXXI illustrabit, Hora IV - V *Encyclopaediam scientiarum omnium* e libro suo: *Abriß der Gelehrsamkeit* tradet; V - VI *Historiam litterariam poeseos* secundum librum suum: *Anweisung zur Kenntniss der vornehmsten Buecher in allen Theilen der Dichtkunst* docebit, ad alia quoque paratissimus. — *Bibliothecam publicam* diebus Mercurii & Saturni Hora II - III aperiet.

HENR. MART. GODOFR. KOESTER *Hist. P. P. O.* hor. X. *Historiam ecclesiasticam* N. T. ad Comp. Schroeckhianum, hor. XI. *Historiam uniuersalem*, hor. IV. *Historiam Europaeam* ad Compendia a se edita docebit.

GVIL. FRID. HEZEL, LL. O.O. P. P. O. tradet hor. X. *linguae Hebraeae fundamenta*, duce Grammatica sua, quibus traditis probeque iactis superstruet *praxin analyticam*, explicaturus, libri *Iosuae & Prouerborum Salomonis* selecta capita, Hor. XI interpretabitur *dicta classica V. T.* — Hora VI vesp. offert *Scholas & Graecas & Arabicas*, sequuturus sua praecepta; nec non *ex geticas*, in *Paulli, apostoli, epistolas minores*, datas ad *Gal. Eph. Phil. Col. rel.*

D. AVG. FRIED. GVIL. CROME. *Oeconomiae & scientiar. Cameralium P. P. O.* Hora XI-XII, quinquies per hebdomadem, *Oeconomiam politicam*, seu *scientiam*, quam dicunt, *cameralem, theoretico-practicam*, (*Praktische Cameral- u. Finanz-Wissenschaft*) ad filum suum tradet. Hora II-III. *Politiam*, seu *politicen*, proprie sic dictam, (*Polizey-Wissenschaft.*) & Hor. IV.-V. *Statisticam*, vt dicunt, *omnium Europae regnorum*, exponet, *Sprengelii* compendium sequuturus. Hora V-VI. *Politicam*, vt vocant, seu *scientiam ciuitatis instituendae & administrandae*, explicabit. Nec iis deerit, qui *scientiae forestali*, seu *geographiae, & historiae rerum, nostra aetate, gestarum*, operam nauare velint.

IO. FRIDER. ROOS, Philof. D. & P. P. O. *Historiam Europae vniuersam, Galteri* libellum sequuturus, h. I; *Historiam Catholicam antiquiorem*, duce *Bechio*, h. III enarrabit. — *Aeschylæ Prometheus Vinculum & Septem Aduersus Thebas* interpretabitur hora Auditoribus commoda; *Anglicarum* quoque *literarum studiosis* praesto futurus.

GEORG. FRID. WERNER, scient. mil. P. P. O. *Architecturam oeconomicam* h. XI-XII docebit. *Icones geometricas conficiendi artem (die geometrische Zeichenkunst)* h. II-III tradet. *Aetiologiam*, secundum *systema suum* h. VI-VII p. m. bis per hebdom. leget; & ad *praelectiones in rem militarem* paratus.

FRID. LVD. WALTHER, P. P. O. *Technologiam forestalem (Forst-Technologie)* hor. IX-X. *Oeconomiam mercatoriam* hor. X-XI. tradet. In alias *Oeconomiae* partes *lectiones priuatissimas* horis auditoribus commodis offert.

GEORG. GOTTLIEB SCHMIDT, Mathem P. P. O. *Physicam experimentalem* Hora II-III, *Mathesin puram* Hor. III-IV docebit. *Perspectivae fundamenta* Horis adhuc indicandis publice tradet. Ad *lectiones priuatissimas in Mathesin, vel puram, vel applicatam*, paratissimus erit.

I. C. G. SCHAVMANN, *Rhetoricam in vsum praefertim eorum, qui suggerui sacro se addixerunt* hor. II-III *Logicam & Metaphysicam* ad librum suum: *Elemente der Logik und Metaphysik* h. III-IV. *Ius naturae*, ex compendio suo h. VIII-VIII^o docebit *privatim*. Publice autem selecta quaedam capita *historiae & philosophicae & politicae* horis iusto tempore indicandis explicabit & *Methodologiae academicæ* partem specialem proponet.

LECTIONES EXTRAORDINARIAE.

FRIDERIC. GVIL. DAN. SNELL, Philof. Prof. publ. extraord. Hora XI-XII *mathesin finitorum & infinitorum* demonstrabit. Hora IV-V *principia philosophiae criticae*, hora V-VI *philosophiam moralem* tradet. Ad alias *praelectiones philosophicas & mathematicas* paratus est.

IO. GEORG. FRID. LEVN, Ph. D. & P. P. E. O. Hora III. *introductionem historicam, criticam & litterariam in libros N. T.* tradet theses suas, iusto tempore publicandas secuturus. Hora IV. libros quinque priores *Iliadis Homeri* illustrabit. *Dialectorum, arabicae vel syriacae fundamenta* desiderantes promptum cum paratumque habebunt.

IO. ERNEST. CHRIST. SCHMIDT, hor. XI. *Historiam ecclesiasticam*, librum b. *Walchii* secuturus, narrabit, neque sese *instructioes priuatissimas, quas vocant, denegaturum, pollicetur.*

Praeter ista Generosissimis Nobilissimisque Ciuibus de *luculenta equitandi, pugnandi gladio, sustandique palaestra, Anglicae, Gallicae & Italicae linguae scholis*, per magistros eorum peritissimos, publice constitutos, abunde prospectum est.